

L T si omnis Respublica xp̄iana omnis xp̄ia
noꝝ popul⁹ letari ac gaudere semp de Ro
mani electione pontificis cōlueuit; hoc tuo
tempore tñ beatissime pater Alexander læ
titiam publicam nequeunt cohibere mortales qđ te cun
ctis gētibus xp̄i uicarium Ro·ecclīę ac nobis altissim⁹
Petri seruauerit successorē: quid tuam prudentiā & uir
tutem ip̄e cōmemoro quā sacer Cardinaliū senatus Ro
mana omnis Respu· & pacis & tpe belli est semp exper
ta: et sepius admirata: q̄tum maximis arduisq; rebus
uacante potissimum sede ad compescēdos firmandosq;
subditoꝝ animos tua profuit eloquētia: pax ipsa secuta
demonstrat. Verum enimuero Ciuitati nostræ Reipu
blicæq; Senensi peculiare quadam nec modicæ letitię
rationes accedunt: sic ut pene sedibus summopere suis
se se ip̄a tuisq; se aduolucere sacris pedibus uelle ac gesti
re uideatur: quod cum efficere id natura non finit: nos
ad te ciues suos beatissime pater publicę gratulatiōis &
obediētię deuotissimos Oratores q̄citi⁹ destinauit:
qui celeberrimo & sacratissimo hoc in loco totius Ciui
tatis uices apertius implem⁹. Gratulamur igitur tibi
Alexander Borgia sexte pont·maxime qđ humanarū re
rum fastigia cōsecutus ad diuinitatem hanc ip̄am opti
mo iure perueneris: sic ut Reges & omnes Principes ter
ræ tua adorare uestigia munus ueluti p̄clarissimū cō
cupiscāt: xp̄iano populo cōgratulamur: qđ te Duce atq;

pastore hostium sublata formidine se tutum facile red
dit. Demum nobis ipsis Ciuitatiq; Senensi totis uiribus
gratulamur. Romana enim nos & si semper ecclesia fo
uit: tuus tñ auunculus ille Calistus tertius sanctæ me
morix Pont. max. a Iacobi Piccinini maximi ductoris
exercitus incurfu: predicationis: & obsidione qua Senen
Ciuitatem stricto agmine cinxerat suis uiribus penitus
liberauit: & ieiunam plebem ac populum propriis come
atibus faciauit. Aeneam idem Piccolomineum Senen an
tistitem eloquentissimum Cardinalem designauit: qui
post Calisti obitum surrogatus Rempu. Senen firma
uit & auxit. Et si referri ad suas causas singula debet si
cut certe debent: quod uiuimus: quod libertatem nostram tene
mus: quod aedes liberas possidemus: quod templa ueneramur
ac liberos retinemus: quod bonis fruimur: quod denique di
gnitate gloriamur. Nulli post deum neque magis neque pri
us quam auunculo illi tuo adorandæ memoriæ Calisto rece
ptum referimus: a quo nobis omnibus ueluti fonte quo
dam tanta rerum omnium felicitas redundauit. Quas ob
res humile tibi debitam obedientiam quanta possumus ue
neratione pollicemur: & liberius exhibemus: ut omnis
sic Reipub. nostræ dignitas ciuium salus omnium uita li
bertas: arces: fortilitia: bona fortunæ: domicilia sanctita
tis tuæ sapientie fidei ac potestati commissa creditaque esse
uideant. Idem ipsi sentimus & profiteamur hoc obediencie
munus non ad gratiam ullam: sed debito tibi iure prestan
dum fore. Nec a quoque bene uiuentium sine culpa scelere
impudicia: sine grauissimo deinde periculo neque pos

2
se; neq; iusto iudicio debere: Sed animi potius morbo
quodā prætermitti. lese pfecto crimē diuinę maiestatis
incurrit: quisquis dum se asserit xp̄ianū Romanæ apo-
stolicæ sedi obedire non pperat. Qd si gentiles Princi-
pum ac Tyrannor; potius iussa subter fugiētes mortis
extremo iudicio se affectos esse uoluerūt: qd nobis xp̄i
anis faciendū est scientibus xp̄m suis uicariis reuelasse
Qui uos audit me audit: Qui uos spernit & me deniq;
spernit. Sciant Reges: sciant Príncipes populor; xp̄ia-
num non esse qui se noie tantum xp̄i tuetur: si xp̄m ab-
negat: & in terris uicarium xp̄i te totis uiribus non ob-
seruat. Hæc igit̄ cum ad nostram doctrinam scripta
sint iure diuino caput oēs tibi summe pontifex Alexan-
der summissis humeris inclinamus & genua flectimus
potestatē tuā: iudicia tua: firma: immobilia esse cogno-
scimus. Cum deus omnipotens per teip̄m cuncta iudi-
cet: per te cuncta discernat. Tibi enim Petri beatissimo
successori terreni simul ac caelestis Imperii perpetui iu-
ra cōmisit: quæ a nemine ullis uiribus iustis poterūt cō-
moueri. Illa nec quisquis duro poterit conuellere ferro.
Demū cum tam multa experimenta tot annis sacri Car-
dinalium senatus Príncipe ip̄e dedisti ac præstantis ani-
mi magnitudo qua mortales crederis omnes ante ire.
Etas ip̄a pariter laboribus ferendis ydonea tua plena di-
gnitatis & maiestatis ymago: tuum ergo deniq; istud
Alexandri nomen qd te nō frustra credimus uedicasse
maiora quædam de te nobis omnibus rariora ardua &
incredibilia pollicent̄: sic ut Romanā ecclesiam te Pon-

tifice recepturam retenturamq; maiestatem ppriam mi
nime dubitemus: illiq; uirtutibus tuis & bonis artibus
omnis honos habendus erit. at uiri docti ingenioq; flo
rentes premia laborum sint: uigiliarumq; laturi. Teq;
Alexandrum Romanū quartum Imperatorē qui uiro
rum ingenia fouit adeo ut illoꝝ statuas publice collo
cari mandauerit superare speremus. Sed finem dicēdi fa
ciam qđ Rempu. nram tibi admodum deditissimā cum
etis animi & cordis uiribus supplices commendamus
Quæ non minūs te Pontifice maximo nunc exultat: q̄
sub Alexādro tertio ciue olim nostro pꝛedeceffore tuo:
qui Friderici Impatoris ceruicem pede calcauit. Postre
mo deum optimū maximumq; pꝛecamur ut scelix fau
stumq; sit quicquid agas & cogites omne: quicqđ utq;
sedens & merito imperās Alexander Borgia annos Pe
tri cui⁹ dignus successor existis procul excedas: ouesq;
tuæ te pastore quas tu te pascis tranquillitate continua
perfruantur.

FINIS.